


DE
VATICANI CODICIS THVCYDIDEI
AVCTORITATE.

DISSERTATIO
INAVGVRALIS PHILOLOGICA
QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE
FRIDERICA GVILELMA BEROLINENSI
AD
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XXIII M. MAI A. MDCCCLXXXII
HORA XII
PVBLICE DEFENDET
SCRIPTOR

JOANNES EGGERT
BORVSSVS.

ADVERSARII ERVNT:
BOLTE DR. PHIL.
BVSSE DR. PHIL.
THOMAS DR. PHIL.

BEROLINI MDCCCLXXXII.

Vaticanus codex ex quo tempore ab Immanuelo Bekkero totus excussus innotuit, de ejus auctoritate, quam ad- emendandum Thucydidem habeat, in diversas sententias viri docti discesserunt. Bekkerus enim ipse plurimum tribuit Vaticano, quem jam in majore editione saepe unum ceteris codicibus neglectis secutus est, multo etiam saepius in editione minore. Cum Bekkero dissensit Poppo, quom vulgatae scripturae rursus exsisteret tenax et maxime quidem in duobus libris ultimis, quos in Vaticano valde interpolatos judicaret exhiberi. Recentiore aetate qui operam suam in emendando Thucydide collocaverunt, quom Bekkeri vestigiis insisterent, longius progressi sunt fovendo Vaticano, quem summis laudibus extollunt. Mirabilia vero sunt, quae nuper posuit Classenus octavum librum fluxisse ex recensione viri grammatici Alexandrini, qui, qua erat dictionis Thucydideae peritia, in eam formam verba redegerit, in quam redegisset ipse Thucydides, nisi praematuram mortem obiisset. Sic opinatus suadet Classenus Vaticanum prae ceteris codicibus magis audiendum esse, quasi vero in arte critica exercenda aliud quidquam debeamus spectare, quam ut scriptoris ipsius verba qualiacunque sint, restituantur. — In hoc dissensu utile nobis videtur iis locis, qui ad hanc causam momentum faciunt, perlustratis

accuratius inquirere de Vaticani codicis auctoritate, qua male cognita apparet omnem emendationem Thucidideam vacillare. Usque ad finem quidem paene sexti libri propinqua quaedam cognatio intercedit Vaticano cum ceteris codicibus, quibus omnibus aut certe nonnullis plerumque consentit. Quas autem scripturas solus habet, haud longe distant nec multae sunt ita comparatae, ut aliquam veri speciem prae se ferant velut. V 77 ubi exponuntur condiciones quas ineunt Argivi cum Lacedaemoniis, unus Vaticanus servavit genuinas formas *Ἐπιδαύρῳ ἀπιάλλην* ceteris codicibus *Ἐπιδαύρου, ἀπιάλλειν* praebentibus.

I 91, 4 Vulg. *Θεμιστοκλῆς . . . . φανερῶς εἶπεν . . . . . . εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι, πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας τὸ λοιπὸν ἰέναι τά τε σφίσι αὐτοῖς ξυμφορὰ καὶ τὰ κοινά.* Vat *προδιαγιγνώσκοντας,* quae scriptura sententiae magis satisfacit, ita ut Themistocles Athenienses dicat suas res administraturos esse, priusquam suam auctoritatem interposuerint Lacedaemonii. In eo tamen manifestum est Classenum errare, quod suspicatur hunc errorum traxisse alterum, quo inculcaretur *ἰέναι,* quae res si ita se haberet, non potuit fieri, ut etiam in Vaticano haberemus *ἰέναι,* quamquam ipsas offensiones, quas Classenus ex verbo *ἰέναι* capimus. Sed alia causa illati *ἰέναι* circumspicienda est.

I 26 Vulg: *ἦλθον γὰρ ἐς Κέρκυραν οἱ τῶν Ἐπιδαμνίων φυγάδες τάφους τε ἀποδεικνύντες καὶ ξυγγένειαν, ἣν προισχόμενοι ἐδέοντο σφᾶς κατάγειν.* Vat: *ἐπιδεικνύντες.* Inter duo haec composita optione data praeferendum est *ἐπιδεικνύντες.* Nam magis gloriantur quam demonstrant Epidamniorum profugi majores suos ibi sepultos ipsosque Corcyraeis esse consanguineos,

Neque VI 51 est dubium, quin aptius *διαπλεύσαντες*, quam *πλεύσαντες* ponatur de Atheniensium ad urbem Rhegium trajectu. Sed in vulgata scriptura perstamus II 87, 3 *οὐδὲ δίκαιον τῆς γνώμης τὸ μὴ κατὰ κράτος νικηθέν, ἔχον δέ τινα ἐν αὐτῷ ἀντιλογίαν τῆς γε ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι ἀμβλύνεσθαι.* Classenus Vaticanum secutus abjecto *μή* sic interpretatur: nec decet fortem animum, qui summo labore ad tempus victus est, habet tamen in se, quo repugnet, id est cur putarit fore ut in contrariam partem res accidat, malo fortunae eventu affligi. At cum Classeno ne facias prohibent quae sequuntur: *νομίσαι δὲ ταῖς μὲν τύχαις ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ταῖς δὲ γνώμαις τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἀνδρείους ὀρθῶς εἶναι.* Quom enim inter se *τύχαις ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι* et *γνώμαις τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἀνδρείους ὀρθῶς εἶναι* opponantur, non mutato sensu sic liceat formare orationem *νομίσαι δὲ ταῖς μὲν τύχαις ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ταῖς δὲ γνώμαις μὴ ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι.* Hoc autem si conceditur, apparet desiderari *τὸ μὴ κατὰ κράτος νικηθέν,* ne secum pugnent oratores, qui infra dicturi sint mentibus viros non posse vinci. Quare *μή* retinentes sic volumus explicari: neque decet mentem, quae vi non est victa, sed habet in se, quo repugnet, ne vincatur, malo eventu affligi. Neque jure accusat Classenus, quod vindicemus aoristo tempori vim perfecti, quom nostra explicatione *νικηθέν* nullum statum indicet sed temporis momentum, quo non contigerit hostibus, ut Lacedaemoniorum mentes vincerent.

Minoris momenti est defectus particulae *καὶ* IV 125, 1 *καὶ ἐν τούτῳ διαφερομένων αὐτῶν ἠγγέλθη ὅτι καὶ οἱ Ἰλλυριοὶ μετ᾽ Ἀρριβαίου προδόντες Περδίκκαν γεγένηνται.* Classeno displicet *καί,* quam vocem negat

adhibeat. At
nsio, qui recte
dide *καί*, quia
ıpra nominatae
esset. (cfr. c.
ούμενος μὴ τῶν
θη καὶ ἅμα τῶν
ἀλλὰ ἀναχωρεῖν

dura (V 79, 2)
no desint, nul-
m aut spurium
rticulo, *τὲ*, *καί*
Denique com-
rborum ordinem
stum, imperfec-

capitibus Vati-
m jam incipiat
quentem Thucy-
nos pervenisse
cum. Duarum
is nobis primum
abundantia jam
aticani. Impro-
ditores quodvis
scriptura faci-

οἱ Συρακόσιοι
τες πέραν τοῦ
αρπάσαντες καὶ
brevitas, qua

Graeci *εἰς* praepositionem adjungunt verbis, quae ipsa nullum significant motum, ita ut legentis cogitatione necesse sit addi aliquod movendi verbum, cfr. Thuc. II 15, 2 *ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε . . . . . . καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν.* Magis etiam comparari potest Plat. *πολ.* 468 *τὸν ζῶντα εἰς τοὺς πολεμίους ἁλόντα ἆρ' οὐ δωρεὰν διδόναι δεῖ τοῖς ἐθέλουσι χρῆσθαι τῇ ἄγρᾳ ὅτι ἂν βούλωνται;* Hunc dicendi usum quom illustrare voluerit, suspicio magna mihi est grammaticum ad *ἁρπάσαντες* adjecisse *καὶ διαβιβάσαντες,* quod additamentum si Classenus dicit necessario desiderari, miror. Neque momenti ullius duco, quod praeterea monet Classenus *ἁρπάζειν* vi capiendi vel corripiendi alibi nusquam apud Thucydidem inveniri, qui hoc verbum bis tantum posuerit. Ad alios autem scriptores ut decurramus, possunt haec exempla adduci, quibus *ἁρπάζειν* omnino corripere, capere significat. Xen. Anab. 6, 1, 8 *ἁρπάσας τὰ ὅπλα μάχεται πρὸ τοῦ ζεύγους.* Herod 9, 107 *καί μιν ἐπιθέοντα φρασθεὶς Ξειναγόρας ἁρπάζει μέσον.* —

Ut alia indagemus interpretamenta, quae structurae expediendae serviunt, cum eo loco, quem tractavimus, aliqua similitudo est loco

VIII 50, 3 *ὁ Ἀστύοχος . . . . προςέθηκέ τε, ὡς ἐλέγετο, ἐπὶ ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτόν, καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων (κοινοῦσθαι* in Vaticano accedit). At potuit profecto *περὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων* aptari ex *προςέθηκε ἑαυτόν,* in quibus verbis quodam modo *προληπτικῶς* inest vis communicandi. Nam quotienscunque duo alter ad alterum se applicant, semper eo consilio ducuntur, ut rem agendam communicent. Itaque nescio, an *κοινοῦσθαι* posteriore manu inculcatum

sit, ut praepositio *περί* magis fulciretur. Neque difficile est suspicari, unde desumpserit grammaticus *κοινοῦσθαι*, quom similiter legatur de rebus, quas Alcibiades cum Tissapherne communicet, VIII 82, 3. *καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς ἐκκλησίας εὐθὺς ᾤχετο (Ἀλκιβιάδης), ἵνα δὴ δοκῇ πάντα μετ' ἐκείνου κοινοῦσθαι.*

VIII 45, 3 *καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων ἐδίδασκεν ὥστε δόντα χρήματα αὐτὸν πεῖσαι, ὥστε ξυγχωρῆσαι ταῦτα ἑαυτῷ πλὴν τῶν Συρακοσίων· τούτων δὲ Ἑρμοκράτης ἠναντιοῦτο μόνος ὑπὲρ τοῦ ξύμπαντος ξυμμαχικοῦ.* Vat *τούτων δὲ Ἑρμοκράτης τε στρατηγὸς ὢν ἠναντιοῦτο ὑπὲρ τοῦ παντὸς ξυμμαχικοῦ.* Valde friget *στρατηγὸς ὢν* appositum ad *Ἑρμοκράτης*, quem Syracusanorum ducem esse satis scimus ex cap. 29, 2. Hanc offensionem quom senserit, Stahlius et *στρατηγὸς ὢν* et *μόνος* recipiens putat Hermocratem solum significari imperatorem, qui adversatus sit. At talem sensum si voluisset exprimere Thucydides, alia usus esset verborum conformatione. Nobis quidem videtur *στρατηγὸς ὢν* illatum esse, ut haberet *τούτων* unde suspenderetur. Sed hanc difficultatem grammaticam solvit Krügerus, qui, quamquam male Vaticani scripturam recepit, attamen id verum assecutus est, quod *τούτων* aptavit ex *Ἑρμοκράτης*, quam dicendi brevitatem aliis exemplis Thucydideis possumus illustrare velut VI 3, 2 *Συρακούσας Ἀρχίας τῶν Ἡρακλειδῶν ᾤκισεν.* IV 38, 1 *ξυνῆλθον ἐς λόγους ὅτε Κλέων καὶ ἐκείνων Στύφων.* Probato igitur Krügeri commento, quom *στρατηγὸς ὢν* abjiciamus, ad *μόνος* intellegimus ex superiore enunciato *στρατηγῶν*. Ex his Syracusanis adversabatur Hermocrates, unus ducum.

VI 104. Vulg. *καὶ ὁ μὲν Γύλιππος ἐκ τοῦ Τάραντος ἐς τὴν Θουρίαν πρῶτον πρεσβευσάμενος κατὰ τὴν τοῦ*

πατρός ποτε πολιτείαν . . . . Vat. *πρεσβευσάμενος καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀνανεωσάμενος πολιτείαν.* Paene omnes editores amplectuntur illud *ἀνανεωσάμενος,* quamquam interpretamenti simillimum est nec ipsum in vulgatam scripturam potuit corrumpi. Sed videmur nobis excogitasse, qua in re grammaticus, quom *ἀνανεωσάμενος* inferret, haeserit. Neque enim, si velis rem ad vivum resecare, petiit aut potuit petere ab Thurinis auxilium secundum civitatis jus quo olim pater utebatur, quod jus ipsum inde a morte patris jam non valeret; sed professus est nomen suum apud Thurinorum magistratus, a quibus postquam utpote Cleandridae filius in civitatem ascitus est, secundum suum ipsius jus civitatis auxilium petiit. Denique non intellego Classenum, quod contendit ex Vaticani demum scriptura affundi lucem eis, quae narrat Plutarchus (Per. c 22) quom in utraque scriptura sensus mihi videatur eodem redire.

VII 31, 1 Vulg. *ὁ δὲ Δημοσθένης . . . ὁλκάδα ὁρμοῦσαν ἐν Φειᾷ τῇ Ἠλείων, ἐν ᾗ οἱ Κορίνθιοι ἐς τὴν Σικελίαν ἔμελλον περαιοῦσθαι, αὐτὴν μὲν διαφθείρει, οἱ δ' ἄνδρες ἀποφυγόντες,* Vat. *εὑρών, ἐν ᾗ* . . Vaticani scripturam qui per se considerat, nullam odoratur interpolationem; sed inde nascitur omnis suspicio, quod in plurimis codicibus nullum participium, in paucis *λαβών* legitur. Quom enim vel sine participio satis cohaereat oratio, veremur, ne et *λαβών* et *εὑρών* debeantur grammaticis, qui *αὐτήν* pronomen etiam facilius excipiendum curaverint.

VII 55, 2 . . . . . *οὐ δυνάμενοι (Ἀθηναῖοι) ἐπενεγκεῖν οὔτ' ἐκ πολιτείας τι μεταβολῆς τὸ διάφορον αὐτοῖς, ᾧ προσήγοντο ἄν, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσους, σφαλλόμενοι δὲ τὰ πλείω τά τε πρὸ αὐτῶν*

ἠπόρουν; Vat. κρείσσους ὄντες. Omisso ὄντες mancam fieri orationem nemo ponat, qui aspexerit similem locum III 69, 1 αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες τῶν Πελοποννησίων ὡς τό τε φεύγουσαι διὰ τοῦ πελάγους ἔκ τε τῶν Ἀθηναίων ἐπιδιωχθεῖσαι καὶ πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι καὶ ἀπ' αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν, καταλαμβάνουσι . . ., ubi Classenus, ut idem singulare tollat, καί deleto ἀπ αὐτῆς σποράδες trahit ad κατηνέχθησαν. Accedit, quod in scholiis legitur ad hunc locum annotatum λείπει τὸ ὄντες, unde eo probabilius est hujus ὄντες originem esse repetandam, quia praeterea nonnusquam Vaticanus cum scholiasta communia habet interpretamenta, quae ego quidem puto esse. (cfr. VII 3 μεγάλῳ pag. 11; VIII 10 αἱ σπονδαί cfr. pag. 9.) Sed plerique hodie utramque scripturam aspernati reponunt κρείσσονος, ut concinnius procedat oratio. At primum perversum est, si quis studet Thucydidi restituere concinnitatem, cujus in omni genere est neglegens. Iam autem ne explicari quidem potest ea scriptura, quam comparaverunt viri docti. Neque enim Krügero credimus ἐπενεγκεῖν, quod verbum supra cum τὸ διάφορον junctum est, ita posse ad alterum membrum repeti, ut induat vim aggrediendi, quam vim non addito ὅπλα nusquam habet. Classenus vero eum in modum interpretatur, ut non modo ἐπενεγκεῖν sed τὸ διάφορον ἐπενεγκεῖν ad utrumque membrum spectare velit: „qui neque reipublicae forma mutata (intestinis discidiis excitatis), neque majoribus viribus (clade illata) poterant res eo vertere, ut populos sibi adjungerent," in qua explicatione licentius exprimitur τὸ διάφορον ἐπιφέρειν.

VII 68, 3 Vulg. τὸ δὲ πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος, ἃ βουλόμεθα, τούς δέ τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ

καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι, καλὸς ὁ ἀγών. Vat. *πραξάντων ἡμῶν*, quod pronomen Thucydidi tribuendum esse mihi non persuasit Classenus, quamquam praegressum *δράσουσιν* spectat ad Athenienses. Neque enim ille dicendi usus, quo non solent adjici genitivis absolutis pronomina personalia aut demonstrativa, tam arctis finibus circumscriptus est, ut necesse sit in proximo enuncitato antecedat nomen, quod significatur, si modo ex sententia sine negotio intellegatur cfr. III 55, 1 *ὑμεῖς δ' αἴτιοι· δεομένων* (scil. *ἡμῶν*) *γὰρ ξυμμαχίας, ὅτε Θηβαῖοι ἡμᾶς ἐβιάσαντο, ὑμεῖς ἀπεώσασθε* . . . . Adde quod subsequitur *ἃ βουλόμεθα*, quo verbo satis persona prima indicatur. At Classenus, ut *ἡμῶν* commendet, premit quod Krügerus in eum errorem* inductus est, ut intellegeret *αὐτῶν πραξάντων* si illi (Athenienses) ita se habuerint, ut volumus. . . Concedamus primo aspectu sic quempiam intellegere posse: hinc non recte concluditur recipiendum esse *ἡμῶν*, quia talis ambiguitas facile scriptorem ipsum fugerit. Si autem illud inter nos convenit, sine *ἡμῶν* posse *πραξάντων* ad Syracusanos referri, de interpolatione cogitandum est.

VIII 10, 1 *ἐν δὲ τούτῳ τὰ Ἴσθμια ἐγίγνετο καὶ οἱ Ἀθηναῖοι (ἐπηγγέλθησαν γὰρ) ἐθεώρουν ἐς αὐτά* . . . . Vat. *ἐπηγγέλθησαν γὰρ αἱ σπονδαί.* Bekkerus Classenus reponunt *αἱ σπονδαί* ducti similitudine loci V 49, 2 *λέγοντες μὴ ἐπηγγέλθαί πω ἐς Λακεδαίμονα τὰς σπονδάς,* sed concedunt defendi posse scripturam vulgatam, quom liceat per Graeci sermonis leges ad *ἐπηγγέλθησαν* audire

---

* nam falsam esse explicationem Krügeri apparet ex VI 79, 3 *ἔπραξαν, ἃ ἐβούλοντο.*

οἱ Ἀθηναῖοι, quamquam *ἐπαγγέλλειν* active cum dativo jungitur. Alii malunt mente repetere *τὰ Ἴσθμια* nec id male cfr. I 126, 3 *ἐπειδὴ ἐπῆλθον Ὀλύμπια* V 5, 2 *Κάρνεια ἐτύγχανον ὄντα.* Sed ut in medio relinquamus, utrum *αἱ σπονδαί* an *τὰ Ἴσθμια* melius audiatur, id certum est vulgatam scripturam explicari posse, quare putaverim *αἱ σπονδαί* in Vaticanum insinuasse ex scholiis, quae continent ad hunc locum hanc explicationem *αἱ σπονδαὶ δῆλον ὅτι.*

VIII 21 *καὶ ὁ δῆμος ὁ Σαμίων ἐς διακοσίους μέν τινας τοὺς πάντας τῶν δυνατῶν ἀπέκτεινεν, τετρακοσίους δὲ φυγῇ ζημιώσαντες καὶ αὐτοὶ τὴν γῆν αὐτῶν καὶ οἰκίας νειμάμενοι, Ἀθηναίων τε σφίσιν αὐτονομίαν μετὰ ταῦτα ὡς βεβαίοις ἤδη ψηφισαμένων τὰ λοιπὰ διῴκουν τὴν πόλιν . . . .* Vat. *νειμάμενοι κατεῖχον, . .* Proficiscendum est ex vulgata scriptura, in qua nihil requiritur, quom moris sit Thucydidei nominativum participii cum genitivo absoluto copulare velut: I 67, 1 *οὐχ' ἡσύχαζον ἀνδρῶν τε σφίσιν ἐνόντων καὶ ἅμα περὶ τῷ χωρίῳ δεδιότες.* VIII 45, 1 *Ἀλκιβιάδης τοῖς Πελοποννησίοις ὕποπτος ὢν καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀφικομένης ἐπιστολῆς ὥςτε ἀποκτεῖναι ὑποχωρεῖ παρὰ Τισσαφέρνην.* Itaque mihi verisimile est deprehendi in Vaticano additamentum grammatici qui in neglecta concinnitate offenderit.

VIII 39, 4 *ἐντεῦθεν δὴ ὡς ἐν ἀσφαλεῖ ὄντες ἀγγελίαν ἔπεμπον ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Μιλήτῳ ναῦς τοῦ ξυμπαρακομισθῆναι,* Vat. *χάριν τοῦ ξυμπαρακομισθῆναι.* Solet Thucydides *χάριν ἕνεκα* omittere ante genitivos infinitivi, qui mos quia proprius est Thucydideus, profecto sic statuendum est non in ceteris codicibus intercidisse *χάριν,* sed in Vaticanum illatum esse ut verba vulgatae dictioni accommodarentur. —

Neque propter grammaticam tantum difficultatem videntur in Vaticanum interpretamenta immigrasse, sed saepe verbum aliquod ut magis definiretur.

Nemini in mentem veniat ex Vaticano VI 99, 4 recipere *τὰ ἐπιτήδεια σιτία,* quod substantivum ad *τὰ ἐπιτήδεια* semper solet intellegi, nusquam adjici. Potuit sane VII 11 Thucydides et *δυνατὸν εἶναι* et *εἶναι* scribere, sed quia ceteris codicibus *δυνατόν* abest, interpretamentum putandum est.

VII 3, 5 Vulg. *καὶ τριήρης τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἁλίσκεται τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶν Συρακοσίων ἐφορμοῦσα τῷ λιμένι,* Vat. *τῷ μεγάλῳ λιμένι.* Saepius dicit Thucydides majorem portum *ὁ λιμήν* non addito adjectivo *μέγας,* quae quidem exempla non prorsus sunt ejusdem generis. Locis quidem VII 70. VII 56. VII 69 ex eis, quae narrantur primo aspectu apparet, uter portus intellegatur. Propius ad nostrum locum accedit VII 25, 5, quo loco et Krügerus et Poppo disertis verbis monent majorem dici portum, ne quis per errorem minorem intellegat. Hinc autem quia cognoscitur Thucydidem non vitasse ambiguitatem in significando majore portu, ne VII 3, 5 quidem est opus additamento *μεγάλῳ* cujus originem repetimus ab scholiasta cum ad hunc locum scholia exhibeant *μεγάλῳ.*

VII 43, 3 Vaticanus habet *καὶ ἄνδρας τινὰς τῶν φυλάκων ἀποκτείνουσι,* quom tamen multis exemplis (II 90, 5. V 115, 4. VI 33, 3. VIII 71, 2.) evincatur non solere addere Thucydidem ad *ἄνδρες* pronomen *τινες,* quotienscunque *ἀνήρ* ipsum in vim pronominis indefiniti abierit.

VII 70, 8. *καὶ οἱ στρατηγοὶ . . . . . . ἠρώτων οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, εἰ τὴν πολεμιωτάτην γῆν οἰκειοτέραν ἤδη*

τῆς οὐ δι' ὀλίγου κεκτημένης θαλάσσης ἡγούμενοι ὑποχωροῦσι, Vat. *δι' ὀλίγου πόνου.* At pertinet *δι' ὀλίγου* ad proprium dicendi genus Thucydideum, ita quidem, ut nunc locum, nunc tempus significet; quare abjiceremus illud *πόνου,* etiamsi omni offensione careret: quod non ita se habet. Neque enim potest *δι' ὀλίγου πόνου* conciliari cum perfecto *κεκτημένης,* quom appareat magno labore non tenere, sed adeptos esse Athenienses imperium maritimum. Prorsus autem sententiae convenit *δι' ὀλίγου,* si accipias per breve tempus.

VIII 1, 4 *καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα;* Vat. *καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα τοῦτο·* quod pronomen non solet addere Thucydides, nisi sequitur significatio anni velut. VIII 60, 3 Sed Classenus ita defendit *τοῦτο* ut ponat Thucydidem voluisse efferre gravitatem hujus aestatis, qua Athencensium exercitus in Sicilia perierit. At ego quidem dissentio, qui meminerim VII 9 codices B E G idem *καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα τοῦτο* exhibere, quo loco si convenit inter nos spurium esse *τοῦτο,* ne VIII 1 quidem recipiendum videtur, quia probabile est duorum additamentorum originem eandem esse.

VIII 5, 5 manifesta agnoscitur manus interpolatrix, cum exhibeat Vaticanus *ἱκανὴν τροφὴν παρέξειν.* Sed notio vocis *τροφή* complectitur ea, quae ad vivendum necessaria sunt, unde apparet prorsus inane esse *ἱκανήν.*

VIII 23 . . . . *ἀπέπλευσε τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν ἀναλαβὼν ἐς τὴν χίον,* Vat *τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν πεζόν.* Iam Poppo in dubium vocavit *πεζόν,* haerens in collocatione, quam Krügerus quidem excusat exemplis collatis, unde apparet non repetito articulo sequi nonnunquam adjectivum, si substantivo praecedat genitivus. Sed noster locus ea re aliter comparatus est, quod *ὁ πεζὸς*

στρατός in unius verbi ambitum adeo coaluit, ut omnino non invertatur. Gravius vero est illud, quod nemo ad huc assecutus est, quid sibi vellet illud *πεζός* hoc loco, quo minime e sententiae re premitur, quod peditum hic fuit exercitus.

Recenseamus nunc ea interpretamenta, quae supersunt.

VII 18, 3 *ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς τριάκοντα ναυσὶ ὁρμώμενοι Ἐπιδαύρου τέ τι καὶ Πρασιῶν καὶ ἄλλα ἐδῄωσαν,* . . . . Vat. *ἐξ Ἄργους ὁρμώμενοι,* quo additamento sententiam indigere mihi non est persuasum, qui potius cum Porto intellegam ex Attica. Neque vero VI 105, quo noster locus spectat, legitur Argis profectos esse Athenienses, sed in alio sententiae nexu *ἐξ Ἄργους* deprehenditur *ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκ τοῦ Ἄργους ταῖς ναυσί,* unde suspicor grammatici manu *ἐξ Ἄργους* in nostrum locum migravisse.

VII 4, 6 *τῷ τε γὰρ ὕδατι σπανίῳ χρώμενοι καί οὐκ ἐγγύθεν καὶ ἐπὶ φρυγανισμὸν ἅμα ὁπότε ἐξέλθοιεν οἱ ναῦται, ὑπὸ τῶν ἱππέων τῶν Συρακοσίων κρατούντων τῆς γῆς διεφθείροντο.* Vat *οἱ πολλοὶ διεφθείροντο.* Consentimus Popponi *οἱ πολλοί* ab interprete adjectum esse, ne quis putaret omnes periisse nautas. At tali additamento idem vir doctus recte judicat nos libenter carere, quom secundum quandam dicendi figuram liceat *ὁπότε οἱ ναῦται ἐξέλθοιεν* accipere *ὁπότε τινὲς τῶν ναυτῶν ἐξέλθοιεν.*

VII 43, 4. *οἱ δὲ πλείους διαφυγόντες εὐθὺς πρὸς τὰ στρατόπεδα ἃ ἦν ἐπὶ τῶν Ἐπιπολῶν τρία* (Vat. *ἐν προτειχίσμασιν*), *ἓν μὲν τῶν τῶν Συρακοσίων, ἓν δὲ τῶν ἄλλων Σικελιωτῶν, ἓν δὲ τῶν ξυμμάχων, ἀγγέλλουσιν τὴν ἔφοδον* . . . . Non audivi in propugnaculis collocari castra, quom castra quippe munita quodammodo ipsa

propugnaculi vice habeantur. Accedit quod recte animadvertit Goellerus Thucydidem nusquam propugnacula in Epipolis sita commemorare. Nam ne quis paragraphi sextae verba (*οἱ δὲ Συρακόσιοι . . . . ἐβοήθουν ἐκ τῶν προτειχισμάτων*) afferat, haec *τρία στρατόπεδα* ipsa, quae § 4 dicit Thucydides, intellegenda sunt, non proprio sensu *προτειχίσματα*, in quibus fuerint *στρατόπεδα*. Iam vero inculcato *ἐν τοῖς προτειχίσμασι* pessime sejungitur *τρία* ab eis, quae suam explicationem continent *ἓν μὲν τῶν Συρακοσίων*. Itaque mihi est verisimile ex paragrapho 6 ad hunc locum *ἐν προτειχίσμασι* adscriptum esse.

VII 49, 2 *ἐν στενοχωρίᾳ, ἥ πρὸς τῶν πολεμίων μᾶλλόν ἐστι* (*ὥςπερ νῦν* Vat.) *τοὺς ἀγῶνας ποιήσονται.* Inanitas hujus additamenti indicio certo est grammaticum huic loco manum admovisse, ut ea, quae universe dicit Demosthenes, ad praesentem conditionem referret.

VII 59, 2 *οἵ τε οὖν Συρακόσιοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα εἶναι,* Vat. *οἵ τε οὖν Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι.* Iam vetustiores interpretes negaverunt *καὶ οἱ ξύμμαχοι* profectum esse a Thucydide, quia non legitur hoc additamentum cap. 56, 1 cujus capitis sententia tota hoc loco iteratur. Sed Haackius, ne *καὶ οἱ ξύμμαχοι* deleas, monet *τὲ* particulam indigere altero membro, cui respondeat; quod quidem hodie non debet objici, cum ne possint quidem *οἱ Συρακόσιοι* et *οἱ ξύμμαχοι* per particulas *τὲ* — *καί* copulari, qua copulatione si usus esset, Thucydides inepte diceret „non modo Syracusani sed etiam socii.“ Immo voce *τὲ* totum enunciatum annectitur, qua re non perspecta grammaticus addidit *καὶ οἱ ξύμμαχοι* eodem errore occupatus, quo Haackius, ut putaret posse per leges sermonis *οἵ τε Συρακόσιοι* ad *καὶ οἱ ξύμμαχοι* spectare. Minoris autem momenti est,

quod digressione facta Thucydides per voces δ' οὖν ad priorem sententiam solet redire. Nam apparet reditum indicari voce οὖν, non voce δέ, qua abrumpitur sententia interposita. Itaque et hoc loco et II, 16, 1 Classenus a vero aberrat, quod τ'οὖν scribi jubet.

VII 81, 3 nemo recipiat ex Vaticano ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους, cum non potuerit una nocte Nicias Demostheni tantum spatii praecedere. Facile autem potuit, si quem καί „vel" valere fugerat, is eo adduci, ut numerum ante καί putaret intercidisse.

VIII 7, 1 ἅμα δὲ τῷ ἦρι quamquam saepe apud Thucydidem praemittitur verbis τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, tamen hoc loco ex Vaticano non est depromendum quippe in quo eodem codice δέ post τοῦ resederit. Hinc autem probabiliter concluditur ἅμα δὲ τῷ ἦρι esse interpretamentum grammatici, qui quidem omiserit δέ tollere. Neque illud non habet vim ad impugnandam Vaticani scripturam, quod eodem loco, quo subsequitur εὐθύς, non solet a Thucydide praeponi ἅμα δὲ τῷ ἦρι verbis τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους.

VIII 24, 2 καὶ Λέων καὶ Διομέδων ἔχοντες τὰς ἐκ Λέσβου Ἀθηναίων ναῦς, ἔκ τε Οἰνουσσῶν τῶν πρὸ χίου νήσων καὶ ἐκ Σιδούσσης καὶ ἐκ Πτελεοῦ, ἃ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ εἶχον τείχη (Vat. ἀπῆραν καὶ) ἐκ τῆς Λέσβου ὁρμώμενοι τὸν πρὸς τοὺς χίους πόλεμον ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιοῦντο. Vno obtutu qui locum aspexerit necesse est videat spurium esse ἀπῆραν καί, cum non possit antecedere participio ὁρμώμενοι. Itaque jam discederemus ab hoc loco, nisi nos detineret Classenus, qui ab Vaticani scriptura profectus etiam ἐκ τῆς Λέσβου in suspicionem vocat, cum putet ad verba, quae supra leguntur ἔχοντες τας ἐκ Λέσβου Ἀθηναίων ναῦς explicandi causa aliquem

adscripsisse *καὶ ἀπῆραν ἐκ τῆς Λέσβου,* quae verba in nostrum locum irrepserint. Sed offensiones, quas ex *ἐκ τῆς Λέσβου* capit, inanes sunt. An vero quisquam ei consentiat cum ceteris illis insulis unde proficiscantur Leon et Diomedon non simul posse nominari Lesbum, cum magnitudine multo antecellat? Neque vero verum est supra verbis *τὰς ἐκ τῆς Λέσβου ναῦς ἔχοντες* Atheniensium ab insula Lesbo discessum indicari ita, ut sine molesta repetitione *ἐκ τῆς Λέσβου* ante *ὁρμώμενοι* non retineatur.

VIII 24, 5 *καί οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν . . . πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι, ἢ μετὰ πολλῶν κἀγαθῶν ξυμμάχων, μεθ' ὧν ἔμελλον ξυγκινδυνεύσειν.* Qui haec legit, sane exspectat, ut post *ξυμμάχων* distinguatur, quom verba *μετὰ πολλῶν κἀγαθῶν ξυμμάχων* per se constent. Hanc exspectationem ut expleret, crediderim grammaticum interposuisse *μεθ' ὧν,* quo additamento mihi quidem languide videtur distrahi oratio.

VIII 32, 1 Vat *καὶ χειμασθεισῶν καὶ πλανηθεισῶν τῶν νεῶν,* quam scripturam Classenus commendat. Sed mihi *καὶ πλανηθεισῶν* inanius esse videtur, quam ut possit tribui Thucydidi. Nam naves, quae procellis jactantur mari, fieri non potest, quin vagentur.

VIII 43, 4 Vat *ἑτέρας οὖν ἐκέλευε βελτίους σπένδεσθαι ξυνθήκας, ἢ ταύταις γε οὐ χρήσεσθαι οὐδὲ τῆς τροφῆς ἐπὶ τούτοις δεῖσθαι οὐδέν.* Classenus Vaticani scripturae patrocinatus accipit *ξυνθήκας* singulas leges, quae adjiciantur duobus illis foederibus, quae supra dixit Thucydides. Sic enim videtur sibi illud lucrari, ne tertia foedera dicantur *ἕτερα,* quasi vero non apud omnes scriptores *ἕτερος* saepe valeat pro *ἄλλος;* quam vim ne in sua quidem explicatione non potest

adhibere Classenus. Neque est, quod Classenus moneat non ipsa foedera novanda fuisse, sed eas tantum foederum leges, secundum quas in regis ditionem concessae erant omnes gentes, quibus regis majores imperassent. Nam potissimum harum in foedere legum etsi pigebat Licham, tamen hinc si concluserit Classenus requiri *ξυνθήκας*, refellitur ab ipso Thucydide qui paragrapho tertia Licham faciat dicentem: foedera neutra sibi displicere (*καὶ τὰς σπονδὰς οὐδετέρας* . . .) non leges. Vix falleris, si mecum ponas, quom longius distet *ἑτέρας* ab *σπονδάς*, ad quod referendum est, grammaticum adscripsisse *ξυνθήκας* petitum ex capite 57, 1 quo ineunte capite legimus de eodem hoc tertio foedere *καὶ ξυνθήκας ἔτι ἄλλας ποιησάμενος* . . .

Demonstrasse mihi videor Vaticanum multifariam esse interpolatum; quaeritur jam, quaenam Vaticani additamenta in verborum contextum sint recipienda. Saepius librarii oculis aberrantibus ea orationis pars, quae inter easdem voces media erat, ceteris codicibus omittitur, cum in Vaticano exstet.

VII 67, 1. *ἡ ἐλπίς. τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπίς* . . . . VIII 22, 2 *ἀφιστᾶσι καὶ καταλείπονται τέσσαρες νῆες ἐν αὐτῇ· καὶ αὖθις αἱ λοιπαὶ Μυτιλήνην ἀφιστᾶσι,* VIII 43, 3 *οὔτε τὰς Χαλκιδέως ουτε,* VI 101, 3 *καὶ ὕστερον καί.* Similes sunt ii loci, quibus propter repetitam terminationem plura verba in ceteris codicibus desunt.

VII 78, 2 *τὸ δὲ ἐχώρει ἐν πλαισίῳ τεταγμένον, „πρῶτον μὲν ἡγούμενον“ τὸ Νικίου, ἑφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους.* Rejectaneum est, quod suadet in majore editione Poppo, ne recipiamus sed ex *ἑφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους* intellegamus illud *πρῶτον μὲν ἡγούμενον,*

quod nullo modo fieri potest. Immo abjectis his verbis adducimur eo, ut inepte putemus Niciae solius copias quadratro agmine processisse, cum potius res ita se habeat, ut junctae Niciae et Demosthenis copiae quadratum efficiant.

VII 86, 5 *καὶ ὁ μὲν (Νικίας) . . . . . ἐτεθνήκει, ἥκιστα δὴ ἄξιος ὢν τῶν γε ἐπ' ἐμοῦ Ἑλλήνων ἐς τοῦτο δυστυχίας ἀφικέσθαι διὰ τὴν „πᾶσαν ἐς ἀρετὴν“ νενομισμένην ἐπιτήδευσιν,* necesse est accuratius significetur Niciae studium, cujus rei fuerit.

VIII 27, 2 . . . . . *εἰδότας, πρὸς ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας καὶ ὅσαις πρὸς αὐτὰς ταῖς σφετέραις, ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρεσκευασμένοις ἔσται ἀγωνίσασθαι „ὅποι τε βούλονται“, οὐδέ ποτε* . . . . . Prorsus apte accedit tertia condicio, ut liceat Atheniensibus ex sua sententia pugnandi locum eligere. Accrescit vero fides, si respicias, quae paragrapho 3 leguntur: *ἢ μόλις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν, προτέρᾳ ποι ἐπιχειρεῖν, ποῦ δὴ μὴ βιαζομένῃ γε πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι,* quibus verbis quom universa eadem sententia exprimatur, tum vero spectant *προτέρᾳ ποι ἐπιχειρεῖν* ad *ὅποι τε βούλονται* (sc. *ἀγωνίσασθαι*). Neque mutaverim *ὅποι* in *ὅπου,* cum existumem ad *βούλονται* licere *ἀγωνίσασθαι* ita intellegere, ut significet: pugnandi causa se conferre.

VII 87, 1 *ἐν γὰρ κοιλῷ χωρίῳ ὄντας „καὶ ὀλίγῳ.“* facile potuit in ceteris codicibus praetermitti *καὶ ὀλίγῳ,* quia longius semotum erat ab substantivo suo *χωρίῳ.*

VII 86, 4. *ἀνθ' ὧν οἵ τε Λακεδαιμόνιοι ἦσαν αὐτῷ προςφιλεῖς κἀκεῖνος οὐχ ἥκιστα „διὰ τοῦτο“ πιστεύσας ἑαυτὸν τῷ Γυλίππῳ παρέδωκεν.* miror, quod Poppo *διὰ τοῦτο* inutile vocat additamentum; Nam apparet, si *διὰ*

τοῦτο abest, οὐχ ἥκιστα ferri non posse, cum ἀνθ' ὧν longius distet, quam quod sine negotio intellegas.

VIII 2, 2 . . . . . καὶ (διὰ τὸ) μηδ' ὑπολείπειν λόγον αὐτοῖς ὡς τό γε ἐπιὸν θέρος „αὐτοὶ“ οἷοί τε ἔσονται περιγενέσθαι. Classenus unus αὐτοί recepit, cui pronomini sensus sane favet. Fugit socios fieri posse ut Athenienses ipsi id est sine sociis superiores discederent.

VIII 48, 1 καὶ ἐκινήθη πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦτο καὶ ἐς τὴν πόλιν ὕστερον „ἦλθεν.“ Poppo reciso ἦλθεν ponit ἐκινήθη repetendum esse ad ἐς τὴν πόλιν, quo facto durissima oritur structura.

VII 57, 9 In vulgata scriptura, in qua ὠφελίας deest, hiat oratio, nisi quis cum Haackio inepte ἔχθρας etiam ad ἰδίας refert, quamquam ἔχθρα ἰδία minime est, quam vult Haackius, discordia civium intestina, sed discordia privata.

Alia additamenta nonnulla, quorum veritas omni dubitatione exempta est, satis habemus enumerare: VI 98, 1 ἱππῆς, VII 8, 3 μᾶλλον, VIII 46, 5 ξυνεπολέμει, VII 85 προςβολαῖς.

Haud longa disputatione opus est recensituro jam mihi ea verba, quae ceteris codicibus continentur, Vaticano non continentur. Proficiscamur ab illa incuria, qua cum libariorum oculi ad verbum infra repetitum transiluerint, manca facta sit in Vaticano oratio. VII 51, 2 τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων κατά τινας πύλας ἀπολαμβάνουσί τε τῶν ὁπλιτῶν. . . . VIII 9, 2 καὶ πέμψαντες ἕνα τῶν στρατηγῶν Ἀριστοκράτη ἐπητιῶντο αὐτοὺς καί. . . . VIII 37, 2 Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τῶν Λακεδαιμονίων. . . VIII 106,3 δύο καὶ Βοιωτίας δύο. . . . Neque minus apparet singula verba in Vaticano intercidisse VIII 70 κράτος, VIII 27 ἀνάγκῃ, VII 4 τῇ ἐν τῷ alia, quibus omissis

sententia corruit. Sed singillatim necesse est persequamur eos locos, de quibus dubitari possit.

VII 70, 2 *ἐπειδὴ δ' οἱ „ἄλλοι“ Ἀθηναῖοι πρὸς ἔμσγον τῷ ζεύγματι,* . . Quamvis in praecedenti enunciato non agatur de Atheniensibus, tamen omni offensione caret *ἄλλοι*, quam vocem notum est a Graecis nonnunquam* ita poni ut nostro sermone exprimeuda sit ejus vis voce „andrerseits.“ Hic autem usus quia non valde frequens est, in proclivi erat ejicere *ἄλλοι* inscio grammatico.

VII 21, 3 *λέγων οὐδὲ ἐκείνους πάτριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδὲ αΐδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν, „ἀλλ'“ ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρακοσίων ὄντας καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ τῶν Μήδων ναυτικοὺς γενέσθαι.* Concedimus Vaticani scripturam posse explicari, si participia *ὄντας* et *ἀναγκασθέντας* referas ad *ἐκείνους*, infinitivum *γίγνεσθαι* autem aptes ex *ἀναγκασθέντας*. Sed in eo fallitur Classenus, quod addito *ἀλλ'* sententiam infringi ponit sic argumentatus ab Hermocrate non duo dici sed unum hoc *οὐδὲ ἐκείνους πάτριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδὲ αΐδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν;* quae vero verba subsequuntur, iis indicari, qua ratione Athenienses rei maritimae periti exstiterint. Hinc minime sequitur, ut non debuerit Thucydides ea orationis conformatione uti, qua per *ἀλλά* duo enunciata opponerentur inter se. Mihi quidem probabilius est in Vaticano *ἀλλά* intercidisse, id quod facillime potuit committi, quom primo aspectu magis inclines eo, ut *γενέσθαι* ex *ἀναγκασθέντας* quam ex *λέγων* suspendas. — Magis perspicuus ejusdem vocis *ἀλλά* defectus deprehenditur in Vaticano.

* cfr. Plat. Gorg. 473 *εὐδαιμονίζεται ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων.*

VIII 56, 5 *ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι (τι) „ἀλλ'" ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐξηπατῆσθαι, δι' ὀργῆς ἀπελθόντες κομίζονται ἐς τὴν Σάμον.* Non perspecta ellipsi, quae post *οὐκέτι* statuenda est, apparet factum esse, ut *ἀλλ'* in Vaticano abjiceretur. Neque tamen est, quod vel hodie viri docti nimis haereant in hac dictione, quacum conferri possint exempla, qualia sunt: Plat. *πολ.* 495. *οὐ γὰρ ἀλλ' ὀρθῶς ἐλέχθη,* Ar. *βατρ.* 58 *μή σκῶπτε μ' ὠδελφ' οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς* nec semper inter *οὐ* et *ἀλλά* licet certum verbum cogitando interponere, sed *οὐ γὰρ ἀλλά* prorsus coaluisse videntur, ita ut valeant pro *καὶ γάρ*. Ad hanc similitudinem nostro loco *οὐκέτι ἀλλά* „jam" accipio. „Iam rem suam desperantes."

VIII 34, *αἱ δ' ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τον ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα Φοινικοῦντα „καλούμενον."* Intercidisse in Vaticano *καλούμενον* primum inde colligitur, quod expressum est in versione Laurentii Vallae, qui solet Vaticano consentire. Praeterea si abesset *καλούμενον,* desideraremus, ut antecederet *Φοινικοῦντα* verbis *τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα.*

VIII 53, 2 . . . . *ὁ Πείσανδρος παρελθὼν πρὸς πολλὴν ἀντιλογίαν καὶ σχετλιασμὸν ἠρώτα ἕνα ἕκαστον „αὐτῶν" παράγων τῶν ἀντιλεγόντων.* Omnes silentio praetermittunt *αὐτῶν,* quo pronomine nescio an apte dicat Thucydides, Pisandrum interrogasse ipsos adversios, a quibus fieri potuit, ut ei ingrata responderentur.

VII 11 *ἐν ἄλλαις „πολλαῖς" ἐπιστολαῖς ἴστε. πολλαῖς* a plerisque uncis includitur, sed aptam videtur sententiae vim addere, cum non tunc primum sed saepe jam Nicias Athenas retulerit de rerum condicione.

Restat ut videamus, quibus interpretamentis unus Vaticanus liber sit.

VIII 46, 3 *καί οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ μὲν σφῶν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δ' ἐκείνων „τῶν βαρβάρων", ἢν μή ποτε αὐτοὺς μὴ ἐξέλωσι, μὴ ἐλευθερῶσαι.* Si omnibus codicibus contineretur *τῶν βαρβάρων,* nulla suspicio subesset, quom Thucydides simili apponendi ratione utatur I 144, 3 *καὶ ὅταν κἀκεῖνοι ταῖς αὑτῶν ἀποδῶσι πόλεσι μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι,* IV 114, 4 *οὐδ' ἂν σφῶν πειρασαμένους αὐτοὺς τῶν Λακεδαιμονίων δοκεῖν ἧσσον......* Sed nunc quoniam quaeritur deprehendamusne in Vaticano defectum, an in ceteris codicibus interpolationem, pronior sum eo, ut credam *τῶν βαρβάρων* adjectum esse a grammatico ne *τῶν Ἑλλήνων* careret sua responsione. Neque vero velim etiam *τῶν Ἑλλήνων* ejici, quod verbum et omnibus codicibus continetur et sententiam adjuvat. Nam apte sic effertur Atheniensium cum Asiaticis Graecis communis Graeca origo, quae etsi est, tamen nolunt Lacedaemonii illos his imperare.

VIII 69, 4 *τούτων δὲ διατεταγμένων οὕτως ἐλθόντες οἱ τετρακόσιοι μετὰ ξίφους ἀφανοῦς ἕκαστος καί οἱ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μετ' αὐτῶν „Ἕλληνες" νεανίσκοι....* Quid sibi velit *Ἕλληνες,* nemo adhuc excogitavit. Sunt quidem, qui putent distingui hos juvenes ab illis Scythis, quos fuisse magistratuum apparitores notum est, quo inepto consilio ductum potius crediderim grammaticum, quam Thucydidem inseruisse *Ἕλληνες,* quom nemo *νεανίσκους* cogitaverit illos servos, sed adulescentulos nobiles.

VIII 91, 1 *τοῦτ' οὖν ἐκ πλείονός τε „χρόνου" ὁ Θηραμένης διεθρόει.* Legitur sane *ἐκ πλείονος χρόνου* VIII 45, 2; sed quia *χρόνου* in Vaticano abest, puto Thucydidem scripsisse *ἐκ πλείονος* ut IV 42, 3. VIII 88.

VIII 94, 1 jam Arnoldus expunxit ὁπλιτῶν, quod nec Vaticanus habet et facile ex cap. 93, 3 (τὸ δὲ πᾶν πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν) intellegas.

VIII 23, 4 Invito sensu inculcantur post παρέπλει verba ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν petita ex superioribus (παραπέμπει ἐπί τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν), in quem errorem eo facilius erat incidere, quia iidem codices supra pro παραπέμπει habent παρέπλει.

VIII 2, 1 ἡγούμενοι manifestum est interpretamentum nec potest ferri paulo antecedente νομίσαντες.

VII 37, 3 Recte delevit Bekkerus Vaticanum secutus Ἀθηναῖοι post οἱ δέ, quod subjectum totam periodum complectitur.

VII 41, 4 πολλοὺς (post ἄνδρας τοὺς μὲν) inde ortum est, quod haerebant in librarii memoria quae modo scripserat καὶ κατατραυματίσαντες πολλάς.

VII 42, 1 ναῦςτε τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα μάλιστα ξὺν ταῖς ξενικαῖς..... Partes, quae efficiunt hunc numerum trium et septuaginta navium, singulas enumeravit Thucydides, quom narraverit cap. 20 Demosthenem profectum esse sexaginta sex navibus, quibus (cap. 31) accesserunt quindecim naves Corcyraeorum, duae Megapontinorum, una denique navis Eurymedontis; hinc quom appareat certum numerum dici, abhorret profecto μάλιστα.

Absoluta prima disputationis nostrae parte jam transeamus ad eos locos percensendos, quibus aliud verbum habet Vaticanus, aliud ceteri codices. Leviter attingimus illum errorem, quo propter soni similitudinem aut in Vaticanum aut in ceteros codices ineptum verbum irrepsit, cui cum verbo vero una aut plures syllabae communes sunt. — Vat. VIII 39. 33. 85 ναυμαχία pro ναυαρχία, VIII 58 βασιλευέτω pro βουλευέτω, VII 71

ξυμφορῶν pro ξυμπασῶν, VI 99 πυραμίδα pro πυλίδα. Similiter in ceterorum codicum recensione peccatum est: VI 95 Ἀθηναίων pro Θηβαίων, VII 72 ἐβουλεύοντο pro ἐβούλοντο VII 75 κατὰ τὸ χρήσιμον pro ἕκαστος χρήσιμον, VIII 16 οἱ πολλοί pro οἱ πεζοί, VII 36 παρέχοντες pro παίοντες ad quod παρέχοντες olim viri docti aut ex superioribus ἐμβολήν aut nescio unde ναῦν intellexerunt, utrumque repugnante Graeco sermone, quom nemo dixerit ἐμβολὴν παρέχειν ἐμβόλοις aut ναῦν παρέχειν ἐμβόλοις. VIII 90, 1 ὀλιγαρχίαν (pro ὁμολογίαν) ceteri codices male exhibent, at non potuit expeti paucorum imperium, quod jam constitutum erat. Accrescit vero voci ὁμολογία fides ex paragrapho tertia, qua jubentur Antiphon ejusque socii cum Lacedaemoniis pacem componere (ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους).

Ab hoc genere longe distant glossemata, quippe quae non librariorum errore, sed grammaticorum consilio orta sint.

VI 105, 2 τό τε Πυθοδώρου καὶ Λαισποδίου καὶ Δημαράτου ἀρχόντων ἀποβάντες ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηρὰν καὶ Πρασιὰς καὶ ὅσα ἄλλα ἐδῄωσαν. Vat. καὶ ἄλλα ἄττα ἐδῄωσαν. Probabilitate caret Classeni ratio ἄλλ' ἄττα reponentis, quam scripturam mihi certum est profectam esse a grammatico, ut dictio elliptica removeretur. Neque cum aliquo fructu ad hanc quaestionem solvendam adhibet Classenus VII 18, 3, quo loco neque ὅσα ἄλλα neque ἄλλα ἄττα legitur sed ἄλλα. (ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι Ἐπιδαύρου τέ τι καὶ Πρασιῶν καὶ ἄλλα ἐδῄωσαν).

VII 6, 1 ταὐτὸν ἤδη ἐποίει αὐτοῖς νικᾶν τε μαχομένοις καὶ μηδὲ μάχεσθαι. Vat. ἀμύνεσθαι. / μάχεσθαι. Propriam Vaticani scripturam esse ἀμύνεσθαι, μάχεσθαι autem ex ceteris codicibus in Vaticanum venisse inde colligitur, quod omnes scripturae, quas Vaticanus habet

supra scriptas, in ceteris codicibus exstant. Hoc autem loco apparet necessario repeti verbum *μάχεσθαι*, quom inter se opponantur pugnando vincere et ne pugnare quidem, quo Thucydidis consilio non perspecto grammaticus maluit orationem variare.

VII 51, 1 *οἱ δὲ Συρακόσιοι καὶ αὐτοὶ τοῦτο πυθόμενοι πολλῷ μᾶλλον ἐγηγερμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων.* Vat. *ἐπηρμένοι.* Verum quidem est fortius, quam exspectamus, significari a Thucydide Syracusanos experrectos esse, ne Atheniensium consilia neglegerent, quare festinant editores ex Vaticano recipere *ἐπηρμένοι,* quom adducant similes locos II 11, 2 *ἡ γὰρ Ἑλλὰς πᾶσα τῇδε τῇ ὁρμῇ ἐπῆρται,* IV 121, 1 *καὶ οἱ μὲν Σκιωναῖοι ἐπήρθησάν τε τοῖς λόγοις καὶ θαρσήσαντες πάντες ὁμοίως,* sed ego retineo difficiliorem scripturam, cujus ne interpretamentum sit *ἐπηρμένοι,* periculum est.

VIII 1, 2 *ὠργίζοντο δὲ καὶ τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι καὶ ὁπόσοι τι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν ὡς λήψονται τὴν Σικελίαν.* Vat. *ἔπεισαν.* Non sane legitur *ἐπελπίζειν* activa vi apud scriptores classicos, nisi Suidas de Pythagora cum agat, excerpserit ex Platonis quodam libro, quod ponit Passowius. Sed consentimus Boehmio, qui moneat saepius scriptores id sibi sumere, ut verbum intransitivum semel valere transitive velint cujus licentiae exempla congessit Lobeckius in commentario, quem ad Ajacem scripsit v. 40. 869. *θοάζειν πάλλειν, ἀκταίνειν ᾄσσειν φλέγειν* quare non dubito *ἔπεισαν* tribuere correctori, qui offenderit in activa verbi *ἐπελπίζειν* significatione.

VIII 68, 1 *ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος. . . . .* Vat. *δεύτερος.* Sed quoniam *δεύτερος* proprio sensu, *ὕστερος* translato ordinem signi-

ficat, potuit sane grammaticus *ὕστερος* explicare per *δεύτερος*, non item *δεύτερος* per *ὕστερος*.

VIII 92, 5 *τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ὁπλιτῶν τὸ στῖφος ταῦτα ἐβούλετο.* Vat. *τῶν ὁπλιτῶν τὸ πλῆθος.* Classenus judicat abhorrere *τὸ στῖφος.* Sed si Classenus concedit apud Aeschylum Herodotum *τὸ στῖφος* de catervis militum legi, non video, quidni patiatur idem verbum ad hos hoplitas transferri. Ego putaverim eo consilio posuisse Thucydidem *τὸ στῖφος*, ut turbulentam significaret hanc militum multitudinem.

VIII 5, 3 *δύναμιν γαρ ἔχων αὐτὸς ἑκαστοχόσε δεινὸς παρῆν.* Vat. *εὐθύς.* Non est dubium, quin ad intellegendum sit facilior *εὐθύς*, qua quidem facilitate minuitur probabilitas. Neque vero non potest aliquis sensus elici ex *αὐτός*, si trahatur ad *ἔχων.* Agis quia exercitum ipse paratum habuit nec ex Lacedaemoniorum demum civitate arcessivit, ubivis formidabilis fuit.

VII 34, *οἱ μὲν γὰρ Κορίνθιοι καὶ Πελοποννήσιοι πρὸς τῇ γῇ ναυμαχοῦντες καὶ διεσώζοντο.* Vat. *ῥᾳδίως διεσώζοντο.* Non recte fecit Krügerus, quod et *ῥᾳδίως* et *καί* recepit, quae duae voces quia nullo eodem codice exhibentur, verisimile est alteram alterius vicem occupasse. Sic autem ratiocinatus statuerim *ῥᾳδίως* ex interpretatione ortum esse, quod fieri potuit. Nam *καί* indicat *πρὸς τῇ γῇ ναυμαχεῖν* et *διασώζεσθαι* ita inter se cohaerere, ut unum sit causa alterius, quam cohaerendi vim placuit grammatico voce *ῥᾳδίως* illustrare.

VII 73, 1 *Ἑρμοκράτης . . . ἐςηγεῖται, ὡς οὐ χρεὼν ἀποχωρῆσαι . . ἀλλὰ ἐξελθόντας ἤδη πάντας Συρακοσίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τάς τε ὁδοὺς ἀποικοδομῆσαι καὶ τὰ στενόπορα τῶν χωρίων προφθάσαντας φυλάσσειν.* Vat. *διαλαβόντας φυλάσσειν.* Qui tuentur

διαλαβόντας sumunt jam Thucydidem usum esse intercipiendi significatione, qui usus posteriorum demum scriptorum exemplis firmatur. Polyb. I 18: *οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων τὰ μεταξὺ τῶν τάφρων καὶ τῶν στρατοπέδων διαστήματα φυλακαῖς διέλαβον.* IV 6, 7 *ὁ Φίλιππος κλείσας τὰς πύλας τοῦ Κορίνθου καὶ διαλαβὼν τὰς ὁδοὺς φυλακαῖς....* At viri docti occurrunt nemini potuisse in mentem venire, ut *προφθάσαντας* explicaret per *διαλαβόντας,* quare commendant *διαλαβόντας.* At non, ut *προφθάσαντας* explicaret, sed ut rem ipsam magis definiret adscripsit grammaticus *διαλαβόντας,* quippe quod verbum illa aetate, qua grammaticus vixit, proprie poneretur de occupandis locis, quae montibus interjecta sunt; qualis vis in nostrum locum (*στενόπορα*) cadit.

VII 32, 2 *πορευομένων δ' ἤδη τῶν Σικελιωτῶν οἱ Σικελοί, καθάπερ ἐδέοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἐνέδραν τινά ποιησάμενοι ἀφυλάκτοις τε καὶ ἐξαίφνης ἐπιγενόμενοι διέφθειραν ἐς ὀκτασίους μάλιστα.* Vat. *τριχῇ.* Quom nullo codice et *τινά* et *τριχῇ* exstet, jam Poppo probabiliter suspicatus est unum pro altero substitutum esse. Ni fallor, meminerat grammaticus Niciam tres gentes adire, ne hostibus iter darent per suos fines; primos *τοὺς Κεντόριπας,* deinde *Ἀλικυαίους,* tertios eos, quos Thucydides complectitur voce *ἄλλους.* Has autem tres gentes existimans rectius dici trinas quam unas insidias struxisse, *τινά* inepte in *τριχῇ* mutavit.

Nonnunquam accidit, ut in tradita verborum structura vitiosi aut insoliti aliquid insit, quibus locis oratio in Vaticano a grammatico sarta atque polita est.

VII 28, 2 *πρὸς γὰρ τῇ ἐπάλξει τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἀθηναῖοι φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα*

καὶ ξύμπαντες πλὴν τῶν ἱππέων οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους καὶ θέρους καὶ χειμῶνος ἐταλαιπωροῦντο. Vat. *που* pro *ποιούμενοι.* Frustra sane operam dederunt viri docti, ut ex participio *ποιούμεννι* sensum efficerent, sive ex *φυλάσσειν* intellexerunt *φυλακήν*, sive copulaverunt *νύκτα ποιεῖσθαι* explicantes noctem transigere, quae duo conamina pariter sunt rejectanea. Sed quam scripturam Vaticanus praebet *που,* ea sapit correctorem. Hujus enim vocis inanitas tanta est, ut nihil videatur indicare. Iam vero, si respicias sententiae conformationem, desideramus participium, quod respondeat antecedenti *φυλάσσοντες.* Itaque veram ingressus est viam Krügerus, qui *ποιούμενοι* proposuerit, qua voce tantum abest, ut cum *ἐταλαιπωροῦντο* pleonasmus efficiatur, ut notio laborandi aptissime exaggeretur.

VI 99, 2 . . . *ὑποτειχίζειν δὲ ἄμεινον ἐδόκει εἶναι* . . . . *καὶ φθάνειν ἂν τοῖς σταυροῖς προκαταλαμβάνοντες τὰς ἐφόδους.* Vat. *καὶ φθάνειν αὐτοί.* Thucydides formavit sic orationem, ut ex *ἐδόκει* voluerit peti ad *φθάνειν* putandi verbum, quam ellipsim quom non perspiceret, grammaticus *αὐτοί* fecit ex *ἄν.*

VIII 1, 1 *ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας ἐπειδὴ ἠγγέλθη, ἐπὶ πολὺ μὲν ἠπίστουν καὶ τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαπεφευγόσι καὶ σαφῶς ἀγγέλλουσι μὴ οὕτω γε ἂν πασσυδὶ διεφθάρθαι.* Vat. *οὕτω ἄγαν πασσυδὶ διεφθάρθαι.* In Vaticani scriptura displicet cumulatio, qua accedit *ἄγαν* ad *πασσυδί* neque hanc offensionem mihi exemit Krügerus collato loco I 75, 1 qui locus ea re diversus est, quod *ἄγαν* et *ἐπιφθόνως* non sunt synonyma, *ἄγαν* et *πασσυδί* sunt. Grammatico autem ut tribuas *ἄγαν,* adduceris, si consideres vulgatam

scripturam, in qua duo [illegible] singularia. Primum [illegible] quodam cogitandi [illegible] est, ut infinitivo *διεφθάρθαι* adjungeretur *ἄν*, quasi [illegible] infinitivus [illegible] ex verbo, quale est *οὐ νομίζειν*, ac [illegible] ex *ἐλπίζειν*. Praeterea solet haec particula [illegible] tempore, quam tamen [illegible] a scriptoribus [illegible] cap. 2. 4 *ἐκπεπλῆχθαι ἄν*, si perfectum in [illegible] temporis [illegible]. Du-plicis hujus [illegible] causa [illegible] *ἄγαν* ab grammaticis [illegible] est. [illegible] *ἄν* ita quidem ut [illegible] Atticus [illegible]: *οὐκ ἂν οὕτω πασσυδὶ διεφθάρησαν* [illegible], *εἰ μὴ* [illegible] *οὐκ εἰκός ἐστι* [illegible] *ἂν αὐτοὺς οὕτω πασσυδὶ διεφθάρθαι.*

VIII 7 *ἦσαν δὲ αἱ ξυμπᾶσαι τῶν ξυμμαχικῶν νῆες αὐτόθι μιᾶς δέουσαι τεσσαράκοντα.* Vat. *τῶν ξυμμαχίδων.* Ut [illegible] *ξυμμαχικός* indicat quod [illegible] *τὰ ξυμμαχικὰ στρατεύματα* [illegible]. Ut [illegible] saepe *τὸ ξυμμαχικὸν* [illegible] *στράτευμα* [illegible], quod multo rarius est. [illegible] Thuc. [illegible] *στρατεύματα* „naves, quas sociorum exercitus [illegible]". [illegible] explicatio firmatur loco [illegible] Xenophontis [illegible] III 3. 12 *ἐδίδασκεν, ᾗ ἕκαστον ἴσχυον ἐν τῷ ξυμμαχικῷ.* *ξυμμαχίδων* autem, pro quo exspectes cum [illegible] *ξυμμαχίδες*, correctoris videtur esse, qui compararet VIII 23. 5 *καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Κεγχρειᾷ ξυμμαχίδων Πελοποννησίων νεῶν ἀφικνοῦνται αὐτοῖς ἓξ μετὰ ταῦτα ἐς τὴν Χίον.*

VII 49. 1 *ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα λέγων ἰσχυρίζετο, αἰσθόμενος τὰ ἐν ταῖς Συρακούσαις ἀκριβῶς . . . . καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν ἢ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς.* Vat. *καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶ θαρρῶν ἢ πρότερον*

ἐθάρσησε κρατηθείς. Certum est illud neque, quod vetustiores interpretes posuerunt, *μᾶλλον* legentis mente adjici posse neque *θαρσήσει κρατηθείς* explicari majore fiducia captus. Itaque Classenus Stahlius *ἤ* in *ᾗ* mutantes ex Vaticano promunt *ἐθάρσησε,* qua scriptura sensus aliquis efficitur. Sed mihi suspicionem movet *ἐθάρσησε* idque eo magis, quia *θαῤῥῶν,* quod additamentum idem Vaticanus exhibet, indicio est in Vaticano hunc locum a grammatico tentatum esse. Medela huic loco afferenda est ex scholiastae verbis *θαρσήσας νῦν δηλονότι μᾶλλον ἢ πρότερον κρατηθεὶς καὶ νικηθείς,* quibus verbis aspectis conjecerim Thucydidem scripsisse *καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναῦσιν θαρσήσας;* cetera autem verba, quibus *θαρσήσας* explicatur, esse scholiastae.

VII 57, 1 . . . . *οὐ κατὰ δίκηντι μᾶλλον οὐδὲ κατὰ ξυγγένειαν μετ' ἀλλήλων στάντες, ἀλλ' ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκῃ ἔσχεν.* Vat. *ἕκαστοι.* Impersonalem verbi *ἔχειν* usum a sermone Graeco non esse alienum demonstratur loco Herodoteo VII 188, 2 *καὶ τοῖσι οὕτω εἶχε ὅρμον* quem locum comparari vetat Krügerus, quom absit ab genitivo articulus et pro aoristo imperfectum legatur. Sed haec duo ad eam rem, de qua nunc agimus, dijudicandam nihil momenti videntur mihi habere quippe existimanti non minus raro in personali, quam in impersonali structura praemitti articulum genitivo, qui ex *ὡς* suspendatur. Itaque, quoniam rariorem structuram veriorem judicamus esse, sic statuimus in Vaticano grammaticum et *ἕκαστοι* et *ἔσχον* substituere voluisse, reliquisse autem per neglegentiam *ἔσχεν.*

VII 47, 3 *τῷ οὖν Δημοσθένει οὐκ ἐδόκει ἔτι χρῆναι μένειν, ἀλλ' ἅπερ καὶ διανοηθεὶς εἰς τὰς Ἐπιπολὰς*

διακινδυνεῦσαι, ἐπειδὴ ἔσφαλτο ἀπιέναι ἐψηφίζετο. Stahlius Classenus praeferunt *διεκινδύνευσε* ita ut exprimatur Thucydidis, non Demosthenis sententia. Et potest utraque scriptura defendi, sed praestat ea ratio, ut rariorem ceterorum codicum dictionem retineamus, qua ad infinitivum *διακινδυνεῦσαι* ex *ἐψηφίζετο* petendum est *ἔφη*.

VIII 44, 1 *οἱ δ' ἐς τὴν Ῥόδον, ἐπικηρυκευομένων ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν, τὴν γνώμην εἶχον πλεῖν.* Vat. *ἐπικηρυκευόμενοι,* quasi *ἐπικηρυκεύεσθαι* sit nuntiis arcessiri. Hujus scripturae causa sita est in eo, quod genitivo *ἀνδρῶν* proxime praegreditur *ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων,* quos duos genitivos jungenti facile potuit *ἐπικηρυκευομένων* in offensione esse. Sunt etiam hodie, qui *ἀνδρῶν* ad *ἀπο τῶν δυνατωτάτων* referant ita quidem, ut ad *ἐπικηρυκευομένων* audiatur *τινῶν,* quae ellipsis apud scriptores omnes satis crebro invenitur.

VIII 66, 1 *ἦν δὲ τοῦτο εὐπρεπὲς πρὸς τοὺς πλείους, ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν οἵπερ καὶ μεθιστάναι ἔμελλον.* Quod Vaticanus habet *μεθίστασαν* inde ortum est, quod grammaticus omisit *ἔμελλον* bis cogitare et ad *ἕξειν* et ad *μεθιστάναι.* Neque imperfectum *μεθίστασαν* omni offensione liberum est, quam offensionem non sustulit Classenus interpretatus *οἱ μεθιστάντες.* Est enim sane notum participia praesentis nonnunquam generalem vim induere ita, ut pro substantivis valeant. Sed quid hic usus ad *μεθίστασαν?*

VIII 30, 1 *τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίοις προςαφιγμέναι γὰρ ἦσαν καὶ οἴκοθεν ἄλλαι νῆες πέντε καὶ τριάκοντα καὶ στρατηγοὶ Χαρμῖνος καὶ Στρομβιχίδης καὶ Εὐκτήμων, καὶ τὰς ἀπὸ χίου καὶ τὰς ἄλλας πάσας ξυναγαγόντες ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἐφορμεῖν.* Quamvis

Athenienses subjectum totius periodi accipiendi sint, legitur in ceteris codicibus *Ἀθηναίοις* ad *προςαφιγμένοι* relatum dativo posito, quale anacoluthon praeter hunc locum vides I 72, 1. In Vaticano *τοῖς Ἀθηναίοις* in *οἱ Ἀθηναῖοι* mutatum est.

VII 51, 2 *ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν, τῇ μὲν προτέρᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προςέβαλλον.* Vaticanus: *τῇ μὲν προτεραίᾳ.* Sed Herbst in litteris, quas ad Cobetum dedit (Fleckeis suppl. III) exemplis demonstravit scriptores non ponere *προτεραῖος,* nisi antecesserit posterioris temporis significatio, cui observationi consentit Thucydides, quom habeat I 54, 2 *τῇ προτεραίᾳ;* I 44 III 36, 3 *τῇ προτέρᾳ.* Itaque putamus in Vaticano *προτέρᾳ* in *προτεραίᾳ* transformatum esse a grammatico ad similitudinem sequentis *ὑστεραίᾳ.*

Non tam offensionis removendae causa, quam libidine impulsus grammaticus scripturam vulgatam tentavit VIII 21. 48, 1. 63, 3 ubi Vaticanus pro formis *δυνατῶν, δυνατοί, δυνατούς* superlativos praebet. Et VIII 21 quidem vix ferri potest *δυνατωτάτων,* si concedas ducentorum numerum majorem esse quam qui ex potentissimis efficiatur, quom plus ducentos potentissimos Sami tum fuisse credibile non sit. Qui autem mecum VIII 21 *δυνατωτάτων* reprobaverit, is ne VIII 48 et VIII 63 quidem Vaticano fidem habeat. Sed VIII 63 Classenus eo magis fatetur se requirere superlativum, quia populi, non optimatium principes significentur, in qua re ego dissentio. Nam ut ponamus, quod non est certum dici VIII 63 *δυνατούς* populi principes, hoc nihil ad adjectivi gradum attinet. Similiter VIII 24 Vaticanus habet *τὸ ἀσφαλέστατον,* multo vero aptius ceteri codices *τὸ ἀσφαλέστερον,* in quo comparativo inest minus tuto, quam opus est.

Vidimus persaepe Vaticanum grammatici manum correctricem expertum esse; quod quamquam ita se habet, tamen non sto ab iis, qui non dubitent scripturam vulgatam tueri, etiamsi salvo sensu aut salvis sermonis legibus non possit fieri.

VII 39, 2 *πείθει τοὺς σφετέρους τοῦ ναυτικοῦ ἄρχοντας, πέμψαντας ὡς τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπιμελομένους κελεύων ὅτι τάχιστα τὴν ἀγορὰν τῶν πωλουμένων παρὰ τὴν θάλασσαν μεταστῆσαι κομίσαντας.* Vat. *μεταστήσαντας ἐπὶ τὴν θάλασσαν κομίσαι.* In vulgata scriptura primum est offensioni *παρά* praepositio, quae nisi cum personis juncta non potest ad valere. Reliquae autem differentiae originem ut indagemus, librarius inscius videtur sententiae formam assimulasse eis verbis, quae sequuntur, *πάντας ἐκεῖσε φέροντας ἀναγκάσαι πωλεῖν.*

VII 57, 9 *ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν Ροδίοις ξυγκτίσαντας μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν.* Vat. *ἑκόντας.* Bekkerus negat inde, quod mercedem acceperunt Cretenses, sequi, ut iis liberum fuerit in quoscunque vellent proficisci. Sed quominus in hanc fraudem deducamur, obstat paragraphus nona, qua Thucydides disertis verbis dicit eas gentes quas nunc est enumeraturus, sponte bellum suscepisse (*τῶν δὲ ἄλλων ἑκούσιος μᾶλλον ἡ στρατεία ἐγίγνετο*).

VIII 34, 1 *ἐν τούτῳ δὲ ἡ τῶν Ἀθηναίων στρατιὰ . . . . . . ἐπιτυγχάνει τρισὶ ναυσὶ τῶν Χίων μακραῖς καὶ ὥςπερ ἰδόντες ἐδίωκον.* Vat. *ὡς εἶδον.* Nemini probatur aut potest probari *ὥςπερ ἰδόντες.* Neque tamen viri docti in Vaticani scriptura acquiescunt, ex quo tempore Stahlius suspicatus est scripsisse Thucydidem *ὥςπερ εἶχον ἰδόντες ἐδίωκον.* Sed ut taceamus male *ἰδόντες* intercedere inter *ὥςπερ εἶχον* et *ἐδίωκον,* ipsa ratio videtur

mihi perversa esse, qua Stahlius ad conjecturam confugit quamquam Vaticani scriptura sententiae prorsus satisfacit nec ipsa suspicionis quidquam habet. Adde quod sine negotio perspicitur, quomodo *ὡς εἶδον* in *ὥςπερ ἰδόντες* corruptum sit, quom similiter VII 81 (*ὥςπερ προςέμιξαν*) in ceteris codicibus *ὥςπερ* pro *ὡς* deprehendatur, quo errore illapso quia jam temporis vis in hac voce obscurata erat, facile potuit fieri, ut aliquis *εἶδον* in *ἰδόντες* mutaret.

VIII 63, 3 *ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον πρέσβεις παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους ἐς τὴν Σάμον ἦλθον, τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι ἔτι βεβαιότερον κατέλαβον καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατούς, ὥςτε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι καίπερ ἐπ ἀναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλους, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται. καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων κοινο λογούμενοι ἐσκέψαντο* . . . . Vat. *προυτρέψαντο*. Krügerus patrocinatur vulgatae scripturae *προτρεψάντων* ut genitivum absolutum *αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων* referat ad *κατέλαβον* interpretatus: non modo in castris ipsis rem suam etiam magis firmaverunt, quia vel ipsi Samii Atheniensium optimates impulerant, ut simul secum paucorum imperium conarentur accipere, sed etiam inter se statuerunt Atheniensium ii, qui Sami conspirabant, Alcibiadem missum facere. Hanc explicationem ut accuratius consideremus, primum non debuit Kruegerus *τοὺς δυνατούς* intellegere Pisandrum ejusque comites, quos quia modo nominaverat Thucydides, satius erat pro *δυνατούς* ponere pronomen *σφᾶς*. Porro mire dicuntur hi legati in exercitu Atheniensium idcirco rem suam firmasse, quia a Samiis impulsi sunt. Denique *ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι* et *ἐν σφίσι αὐτοῖς* inter se opponuntur

repugnante sensu quem si sequaris eo adduceris, ut *σφίσιν αὐτοῖς* ipsum exercitum accipias. In Vaticani contra scriptura difficultatem, quam sentit Krügerus, minime facessit *καὶ αὐτῶν* quo pronomine Athenienses ab Samiis magis distingui recte monet Poppo: Neque verbis quae sequuntur *καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλους* labefactatur Vaticani scriptura *προυτρέψαντο* quom licuerit Thucydidi ab *τοὺς δυνατούς* ad *ἐπαναστάντας* ampliorem Samiorum notionem repetere.

VII 44, 4 *οὔτε Ἀθηναῖοι ἐζήτουν τε σφᾶς αὐτοὺς καὶ πᾶν τὸ ἐναντίον, καὶ εἰ φίλιον εἴη τῶν ἤδη πάλιν φευγόντων, πολέμιον ἐνόμιζον.* Vat: *τὸ ἐξ ἐναντίας.* Ab omni suspicione vindicaverim Vaticani scripturam, pro qua si ceteri codices *τὸ ἐναντίον* offerunt, tamen facio cum Vaticano qui servaverit locutionem Thucydidis paene propriam, quam nemo a grammatico illatam esse putaverit. Et exstat codex quidam praebens *τὸ ἐξεναντίον,* ex qua forma probabiliter conjeceris vulgatam scripturam inde natam esse, ut *ἐξ* et *ἐναντίας* a librariis in unum verbum coagmentarentur.

VII 13, 2 *καὶ αὐτοῦ* ut inane est sic *καὶ αὐτοί,* ad quod spectat oppositum *ὑπὲρ σφῶν* servit orationis perspicuitati; similis error est in vulgata scriptura detectus VII 56, 1 *περὶ τοῦ αὐτοῦ* (Vat recte *αὐτοί*) *σωθῆναι.* — VII 15, 1 si non de necessitate agitur, attamen aliquantum praestat *αὐτοί,* quo pronomine recepto Athenienses jubentur ipsi jam de re Siciliensi deliberare, quoniam Nicias consilii expers sit. VIII 64, 5 in Vaticano uno servatus est infinitivus *δοκεῖν,* cujus natura non perspecta librarii *δοκεῖ* scripserunt. VIII 81, 1 vulgata scriptura haec est *ἀεί τε τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος* quasi unius Thrasybuli consilium dicatur ac non plurimi milites

Alcibiadem revocare statuerint (cfr. VIII 76). Verum est, quod legitur in Vaticano *τῆς αὐτῆς γνώμης*. — Subsistamus in his exemplis, quamquam possunt alia adjici velut VII 67, 2 *καὶ οὐκ ἀνόρμοστοι πρὸς ἕκαστον* (Vulg. minus apte *τὴν ἑκάστην*) *αὐτῶν ἐσόμεθα*. VIII 53, 2 *ἠρώτα . . . . εἴ τινα* (Vulg. *ἥντινα*) *ἐλπίδα ἔχει σωτηρίας τῇ πόλει*. —

Quom Vaticanus a ceteris codicibus omnino longe distet, non mireris, si haec distantia maxime cernitur in minutis, in quibus pro rei natura facillime codices digredi solent.

Primum igitur dicendum est de praepositionibus quarum *πρό* et *πρός*, *εἰς* et *ἐν*, *εἰς* et *ἐπί*, *πρός* et *κατά* passim confunduntur. Propius intueamur VII 2, 4 *ἔτυχε δὲ κατὰ τοῦτο καιροῦ ἐλθών, ἐν ᾧ ἑπτὰ μὲν ἢ ὀκτὼ σταδίων ἤδη ἀπετετέλεστο τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὸν μέγαν λιμένα διπλοῦν τεῖχος πλὴν κατὰ βραχύ τι τὸ πρὸς τὴν θάλασσαν*. Vat. *πλὴν παρὰ βραχύτι* quomodo loqui potuisse Thucydidem Classenus mihi non persuasit conferens quae in ejusdem capitis exitu leguntur *παρὰ τοσοῦντον μὲν Συρακόσιοι ἦλθον κινδύνου*, cui loco noster locus tum demum similis esset, si abesset *πλήν*, quae vox cum praepositione *παρά* abundantiam quandam efficit.

VII 57, 8 *καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐν Ναυπάκτῳ καὶ ἐκ Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν*. Vat. *ἐκ Ναυπάκτου* Consentimus Classeno minime stare Kruegeri rationem, qui quom *ἐκ Ναυπάκτου* ad *παρελήφθησαν* traxerit, explicat *οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι* Messenii qui nominantur, non sunt. Sed quod ipse Classenus proponit scribendum esse *ἐν Ναυπάκτῳ ἐκ Ναυπάκτου* magis etiam displicet mihi valde dubitanti, num tali cumulatione usus

fuerit Thucydides. Itaque repono *ἐν Ναυπάκτῳ* unde facile *ἐκ Ναυπάκτου* ad *παρελήφθησαν* intellegitur, quom consentaneum sit Messenios, qui Naupacti habitant Naupacto arcessiri.

Crebro in una recensione verbum cum praepositione compositum invenias, in altera simplex verbum.

VIII 39, 1 . . . . *ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες ἄρασαι ἔπλεον ἐπὶ Ἰωνίας περὶ ἡλίου τροπάς, καὶ ἄρχων ἐπέπλει αὐτῶν Ἀντισθένης Σπαρτιάτης.* Vat recte *ἐπέπλει.* Nam omissa praepositione *ἐπὶ* tollitur necessaria oppositio, qua respondet *ἐπέπλει* praecedenti *ἔπλει.*

VII 37, 2 *αἱ δὲ νῆες μετὰ τοῦτο εὐθὺς ἐξέπλεον τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων.* Vat *ἐπεξέπλεον,* quod verbum quamquam apud classicos scriptores nullo alio loco exstat, tamen probatur similitudine substantivi *ἐπέκπλους,* quod non minus singulare VIII 20, 1 omnium codicum testimonio nititur. Apparet autem ut *ἐξ* ad terram, unde evehuntur sic *ἐπί* apte spectare ad hostes, quos Syracusani sunt aggressuri.

VII 57, 6 *Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι . . . οἱ μὲν ἐπὶ Λακεδαιμονίους τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον.* Vat *ἐπέφερον.* Volutis lexicis cognoscitur *ὅπλα φέρειν* dici de eo, qui armis indutus est, non de eo, qui bellum infert, quem sensum Graeci non magis subjecerunt sub *ὅπλα φέρειν,* quam sub *πόλεμον φέρειν.*

VIII 2, 3 *πανταχόθεν δ' εὐέλπιδες ὄντες ἀπροφασίστως ἅπτεσθαι διενοοῦντο πολέμου, λογιζόμενοι καλῶς τελευτήσαντος αὐτοῦ κινδύνων τε τοσούτων ἀπηλλάχθαι ἂν τὸ λοιπόν.* Vat *διαλογιζόμενοι.* Minoris momenti est, quod *διαλογίζεσθαι* apud oratores demum legitur, non apud ipsum Thucydidem. Sed illud parum attenditur a viris doctis paulo antecedere *διενοοῦντο,* ex quo verbo

verisimile est *διά* ad *λογιζόμενοι* arrepsisse. Similiter VII 42, 4 *Ἐπιπολῶν*, VII 77, 7 *διαφύγητε* videntur in causa esse cur illic *ἐπικρατήσειε*, hic *διασωθείητε* pro verbis simplicibus legantur.

VIII 8, 3 .... *ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀφορμωμένας τὸν νοῦν μᾶλλον ἔχωσιν, ἢ τὰς ὕστερον διαφερομένας.* ... Vat *ἐπιδιαφερομένας*. Sed suspicionem movet abundantia, qua *ὕστερον* cum *ἐπιδιαφερομένας* copulatur, quom probabile sit, grammaticum eam vim, quae in adverbio *ὕστερον* inest, magis voluisse efferre. Ab eadem manu VII 16, 1 praepositio *ἐπί* verbo *ψηφίζεσθαι* adjectivi *ἄλλην* efferendi causa videtur praefixa esse idque quidem ineptissime, quia in verbo *ἐπιψηφίζεσθαι* praepositio *ἐπί* aliam habet vim. —

Cui autem mecum convenerit et in *ἐπιψηφίζεσθαι* et in *ἐπιδιαφέρεσθαι* praepositionem *ἐπί* ex interpretatione ortam esse, is ne VII 10 quidem *ἐπηρώτα* uno Vaticano fisus promat, quamquam nulla abundantia ibi sentitur.

VII 34, 2 *ὁ μὲν πεζὸς .... ἐπὶ ταῖς ἀνεχούσαις ἄκραις παρετέτακτο*, Vat. *προανεχούσαις*. Sed *προανέχειν* ante Josephum non legitur, quare periculum est ne *πρό* grammaticorum manu accesserit, qui solent similes praepositiones sic cumulare.

Neque vero resipiunt grammaticum ea bicomposita, in quibus quaeritur de interiore praepositione quam verisimilius est librarii neglegentia in ceteris codicibus intercidisse, ita quidem ut oculi a priore praepositione ad stirpem transilirent cfr. VIII 24, 5 *ξυναναιρεθήσεσθαι* (cet cod *ξυναιρεθήσεσθαι*) VIII 13, *ξυνδιαπολεμήσασαι* (cet cod *ξυμπολεμήσασαι*) VII 21 *ξυναναπείθει* (cet cod *ξυνέπειθε*).

In ceteris codicibus male *ἀνά* praepositio verbo praefixa est VII 73, 2 *τοὺς δ' ἀνθρώπους ἄρτι ἀσμένους ἀπὸ ναυμαχίας τε μεγάλης ἀναπεπαυμένους . . . . οὐ δοκεῖν ἂν ῥᾳδίως ἐθελῆσαι ὑπακοῦσαι.* Vat recte *πεπαυμένους.* Nam *ἀναπαύεσθαι* est otium agere, unde sequitur, ut perfectum *ἀναπεπαυμένους* dicatur de iis, quorum otium finitum est, qui sensus ab hoc loco abhorret.

Sed neglecto Vaticani testimonio praeferimus compositum verbum.

VIII 78, *οὔκουν ἔφασαν χρῆναι μέλλειν ἔτι, ἀλλὰ ναυμαχεῖν.* Vat *διαναυμαχεῖν.* Illud quidem non est dubium, quin potuerit poni *διαναυμαχεῖν* quippe quod verbum cap. 79, 1 omnibus codicibus contineatur positum de eadam hac pugna, quam Lacedaemonii sunt commissuri. Jam autem ei cap. 79, 2 respondet *διακινδυνεύειν* verbum, ubi narrantur Athenienses hanc pugnam detrectavisse.

Nec non conveniunt sententiae VII 32, 1 *προπυθόμενος* (priusquam hostium auxilia Syracusas pervenissent) VII 25, 4 *παρέπλεον,* VII 36, 2 *ἐνεῖδον,* VII 78, 2 *ἐφεπόμενον,* VIII 9, 2 *ἐγγιγνομένης.*

Venimus nunc ad recognoscendas eas diversitates, quae versantur in temporibus, in quo genere mihi non videtur Vaticanus tantam fidem praestare, quantam Classeno, quamquam ne ego quidem prorsus spreverim hunc codicem.

VII 48, 3 *καί γὰρ οὐ τοὺς αὐτοὺς ψηφιεῖσθαί τε περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τὰ πράγματα ὥςπερ καὶ αὐτοὶ ὁρῶντας καί οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσει ἀκούσαντας γνώσεσθαι.* Vat *ἀκούοντας.* Utrumque tempus defendi potest, sed *ἀκούοντας* commendatur simili loco VI 6, 3 *ὧν ἀκούοντες*

. . . οἱ Ἀθηναῖοι . . . . ἐψηφίσαντο. Adde quod praecedit ὁρῶντας, a quo tempore praesenti cur ad aoristum transierit Thucydides nulla causa cernitur; eadem scripturae discrepantia deprehenditur VIII 82, 1. —

VIII 105. 3 εὐθὺς aptius cum ἠμύναντο, quem aoristum solus Vaticanus habet, quam cum imperfecto ἠμύνοντο copulatur.

VII 14, 3 in futuro exacto tempore διαπεπολεμήσεται (cet cod διαπολεμήσεται) inest vis et pondus sententiae, qua Nicias dicit finem fore belli, si hostes occupassent terras, unde alerentur cfr. VII 25, 9. —

VII 44, 8 Propter sequentia verba οἱ μέν in ceteris codicibus καταβαῖεν in καταβαίνοιεν depravatum est, quo mendo Vaticanus tamen caret.

VIII 81, 3 malim ἢν Ἀθηναίοις πιστεύσῃ (Vat) „si fiduciam conceperit," quam πιστεύῃ, cujus temporis locus prorsus non est.

Sed ut contraria exempla aspiciamus VII 2, 4 habent ceteri codices ἔτυχε δὲ κατὰ τοῦτο καιροῦ ἐλθών. Vat ἐτύγχανε, quod tempus imperfectum nusquam jungi cum participio aoristi Classenus demonstravit ad III 111.

VIII 31, 4 τὰ δὲ ἐςβαλόμενοι ἀπέπλευσαν ἐς Φώκειαν καὶ Κύμην ὡς Ἀστύοχον. Vat ἐςβαλλόμενοι, sed aoristus requiritur, quom eluceat profectos esse Lacedaemonios, postquam res suas in naves imposuerunt.

VIII 35 ταῖς δὲ (sc. ναυσὶ ἐκέλευε) περὶ Τριόπιον οὔσαις τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας προςβαλλούσας ξυλλαμβάνειν. Vat προςβαλούσας, sed capiendae hae naves erant, dum appropinquant.

VIII 61 καὶ καρτερᾶς γενομένης ναυμαχίας οὐκ ἔλασσον ἔχοντες ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Χῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν. Vat ἔλασσον σχόντες. Jure

tuentur omnes *ἔχοντες*, quod similiter legitur III 5, 2 et IV 25, 6 Neque potest ferri aoristus, quom status sit significandus, quem Chii nacti sunt post pugnam.

VIII 23, 2 . . . . . *ἔνθα πυνθάνεται ὅτι ἡ Μυτιλήνη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων αὐτοβοεὶ ἑάλωκεν.* Vat *ἑάλω.* Classenus praefert aoristum quom non multo post Mytilene in Lacedaemoniorum ditionem redierit. At perfectum omnem statum indicat, non modo diuturnum. Astyocho enim sic nuntiatur Mytilene jam non est in nostra potestate, sed Atheniensium; quare sensu aoristus excluditur.

In longe plurimis locis nihil amplius possumus efficere, quam ut propriam vim, quam utrumque tempus ad sententiam habet, significemus, quom neutrum tempus alienum sit. cfr. VIII 44, 2 Vat *ἔφυγον* vulg. *ἔφευγον* (coeperunt fugere) VIII 9, 1 Vat *ᾐσθάνοντο* vulg. *ᾔσθοντο* VI 104. VIII 27 Vat *παρεσκευασμένους* et *παρεσκευασμένοις*, vulg. *παρασκευασαμένους* et *παρασκευασαμένοις.*

In miras argutias abit Classenus quod VII 18, 1 [*Ἀλκιβιάδης ἐδίδασκε τὴν Δεκέλειαν τειχίζειν καὶ μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον*] ponit aoristi infinitivo *ἀνεῖναι,* quem Vaticanus habet, aptius intendi necessitatem belli persequendi VII 85, 1 [*καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους ὅτι βούλονται*] *χρήσασθαι,* quae est scriptura Vaticani, magis quam *χρῆσθαι* indicare eas angustias, in quibus erat Nicias, quom se suosque Gylippo erat traditurus; VIII 81, 1 (*ἐπειδὴ μετέστησε τὰ πράγματα, ὥςτε κατάγειν Ἀλκιβιάδην*) in infinitivo aoristi *καταγαγεῖν,* quem Classenus ex Vaticano in verborum contextum reponit, inesse gravitatem et necessitatem Alcibiadis revocandi.

VIII 40, 1 *τὸν Ἀστύοχον πέμποντες ἀγγέλους ἠξίουν σφίσι πολιορκουμένοις βοηθῆσαι.* Classeno videtur *πέμψαντες* plus ponderis habere quom tamen res contra se habeat, ut praesenti tempore iteratae significentur legationes, per quas Chii ab Astyocho auxilium petunt.

Difficillimum est decernere de verborum collocatione, quam Vaticanus per duos extremos libros diversam habet fere quinquagies. Vel inviti cogimur cum Vaticano facere.

VII 13, 2 *τῶν ναυτῶν τῶν μὲν διὰ φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν μακρὰν καὶ ὑδρείαν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπολλυμένων.* Vat . . . *καὶ ὑδρείαν μακράν.* Utra collocatio recta sit cognoscitur ex loco VII 4, 6 *τῷ τε γὰρ ὕδατι σπανίῳ χρώμενοι καὶ οὐκ ἐγγύθεν καὶ ἐπὶ φρυγανισμὸν ἅμα ὁπότε ἐξέλθοιεν οἱ ναῦται* . . . ex quo loco facile colligas *μακράν* VII 13, 2 cum solo *ὑδρείαν* jungendum esse id quidem minus recte, nam pertinet ad omnia tria substantiva.

VIII 60 3 In ceteris codicibus legitur *καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε,* quomodo nusquam Thucydides verba collocat, quotienscunque de anni fine refert.

Sed ne forte credas nullos inveniri locos, quibus Vaticanus turbatum verborum ordinem habeat, potest afferri VII 1, 2 *καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς Ἱμέρας πλεῖν ἄλλως τε καὶ Ἀττικῶν τεσσάρων νεῶν οὔπω παρουσῶν ἐν τῷ Ῥηγίῳ, ἃς ὁ Νικίας ὅμως πυνθανόμενος αὐτοὺς ἐν Λοκροῖς εἶναι ἀπέστειλεν.* Vat *πυνθανόμενος ὅμως.* Si audias ceteros codices, *ὅμως* optime spectat ad mutatum Niciae consilium, qui VI 104, Gylippi adventum neglexerat, nunc vero cum Locris esse certior factus obviam naves misit; si contra *ὅμως* participio *πυνθανόμενος* postponitur, videntur praeter Niciae opinionem hostes appropinquasse, quod non ita erat cfr.

VI 104 *ὁ Νικίας πυθόμενος αὐτὸν προςπλέοντα ὑπερεῖδε τὸ πλῆθος τῶν νεῶν.*

VIII 98, 1 *ἐν δὲ τῇ μεταβολῇ ταύτῃ εὐθὺς οἱ μὲν περὶ τὸν Πείσανδρον καὶ Ἀλεξικλέα καὶ ὅσοι ἦσαν τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα ὑπεξέρχονται ἐς τὴν Δεκέλειαν*, in Vaticano *εὐθύς* ab *ἐν τῇ μεταβολῇ* sejungitur post *ὑπεξέρχονται* positum praeter consuetudinem Thucydideam cfr. VIII 7, 1. 80, 1.

VII 29, 4 Classenus jubet sic collocari verba *καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας* quae scriptura si sic Vaticano contineretur, non valde repugnarem. Sed quom in Vaticano *καί* absit, satius est ceteros codices omnino sequi, quam duas scripturas conglutinare. —

Saepissime, si duo verba aut membra orationis per *τὲ καί* copulanda erant, nunc in Vaticano (cfr. VII 36, 1 *τό τε ἄλλο ναυτικόν.* VII 12, 2 *τῷ τε πεζῷ.* VII 50, 1 *ἄλλην τε στρατιάν.* VII 64, 2 *καθ' ἑκάστους τε.* VII 80, 1 *τῶν τε ἐπιτηδείων.* VII 81, 2 *ἐκυκλοῦντό τε.* VIII 46, 3 *σφίσιτε).* nunc in ceteris codicibus (cfr. VII 30, 2 *προεκθέοντές τε.* VII 1, 4 *τοῦ τε Ἀρχωνίδου.* VII 30, 3 *ἱππέας τε.* VII 18, 2 *ὅτι τε . . .* VII 28, 4 *ὑπό τε τῆς Δεκελείας.* VII 33, 3 *ἔκ τε τῆς Κερκύρας.* VII 48, 5 *δισχίλιάτε.* VII 80, 6 *ἀποτειχίζουσάν τε.* VIII 12, 1 *φθήσονταί τε.* VIII 71, 2 *ἄνδρας τε.)* *τὲ* evanuit nec minus crebro animadvertimus hanc particulam in altera utra recensione * adhaesisse sensu adversante.

---

in Vaticano VII 12, 4 *τῷ τε πλήθει.* VII 43, 1 *ἀπό τε τοῦ τείχους.* VII 53, 4 *τήν τε φλόγα.* VII 66, 2 *Πελοποννήσου τε.* VII 72, 4 *διὰ τὸ καταπεπλῆχθαί τε,* in ceteris codicibus VII 17, 3 *οἵ τε πρέσβεις.* VII 42, 4 *ἀπλοῖν τε.* VII 81, 4 *πόνῳ τε.* VII 86, 4 *πείσαντές τε.* VIII 17, 2 *τάς τε ἀπο τῆς Πελοποννήσου.*

Denique Vaticanus maxime dissentit de articulo, quae quidem exempla quoniam paucis exceptis ad nomina propria pertinent, raro potest res ad liquidum perduci.

VIII 38, 2 Vat *χωρίον ἄλλως τε ἐκ „τῆς“ γῆς καρτερόν* . . . sed quia non multo antecedit *κρατοῦντες καὶ γῆς καὶ θαλάσσης, γῆς* non ad Chium referendum, sed generatim videtur accipiendum esse; similiter res VII 80, 5 (*διὰ „τῆς“ μεσογείας*) comparata est. Sed uni Vaticano debemus articulum sententiae prorsus aptum VIII 28, 2 *καὶ οὐ προςδεχομένων ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς τὰς ναῦς εἶναι, αἱροῦσι* nam antequam Atticae esse agnoscerentur, Atheniensium naves Jasi incolis in conspectu erant VII 18, 3 *κατὰ τὰς σπονδάς* intelleguntur nota Niciae foedera cum Plistoanacte icta VII 57, 5 *κατὰ τὸ ἔχθος*. VII 10 *ὁ γραμματεὺς ὁ τῆς πόλεως* quom hic scriba a ceteris discernendus sit. Ab librario omissus deest in Vaticano articulus VIII 39, 3 *δεδιότες μὴ αἱ διαφυγοῦσαι τῶν Ἀθηναίων ἐκ τῆς Μήλου νῆες, ὅπερ ἐγένετο, μηνύωσι* certae illae tres Atheniensium naves significantur, quae ab hostibus non erant captae, quare articulus desideratur: VII 56, 2 *ἀπό τε τῶν παρόντων πολὺ σφῶν καθυπέρτερα τὰ πράγματα εἶναι*, Saepius utraque scriptura habet quo defendatur. cfr. VII 58, 4. Vat. *ὁ ἄλλος ὅμιλος*. VII 87, 2 Vat. *ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ*.

Ad finem pervenimus disputationis nostrae, cujus ut complectamur summam, primum apparet non debuisse Classenum separatum ferre judicium de octavo libro, cui libro quae sunt propria, ea omnia ne ab septimo quidem libro et ab extremis capitibus libri sexti abesse vidimus. In hac autem parte Vaticanus ex alio fonte ductus ut nonnunquam unus veram scripturam exhibet, sic est interpretamentis refertissimus, quibus ne deciniaris, aliqua cautione opus est.

Vita.

Joannes Eggert natus sum Jenkavi in vico prope Gedanum sito a. d. V Jd. Decembr. anno hujus saeculi LIII patre Joanne matre Sophia de gente Schultz, quibus adhuc vivis gaudeo. Fide initiatus sum evangelica. Inferiores frequentavi classes paedagogii Conradini, in quo pater magistri munere fungebatur, tum vero in disciplinam gymnasio Gedanensi traditus magistris usus sum Cauero, Brandstaetero, Mollero, Roepero, aliis, quibus multa me debere grato animo profiteor. Autumno a. h. s. LXXV maturitatis testimonium adeptus in philologica studia incubui. Scholas adii professorum Berolinensium Droyseni Harmsii, Hübneri, Kirchhoffii, Müllenhoffii, Schereri, Vahleni, Zelleri; Bonnensium Bernaysii, Bücheleri, Schaeferi, Useneri; Lipsiensium G. Curtii, Hildebrandii, Langii, Lipsii, Ritschelii, Zarnckii. Per duo semestria socius ordinarius seminarii regii institutus sum a Kirchhoffio et Vahleno. Praeterea benigne mihi Vahlenus per quattuor semestria permisit, ut exercitationibus, quas moderabatur philologicas, interressem. Omnibus his viris, ut egregia sunt eorum de me merita, gratiam habeo, praecipuam vero iis, qui in seminario regio aut privatis exercitationibus studia mea adjuverunt.

Sententiae controversae.

I) Thuc. II 16, 1 ex *μετεῖχον*, quod vulgo circumfertur, sanus sensus non eruitur; restituo *κατείχοντο* (retinebantur igitur Athenienses diuturna in agris libera commoratione).

II) Thuc. II 68, 7 post *καὶ ναῦς τριάκοντα* videtur sententia hiulca esse, quem defectum suppleturi proponimus, ut verbum quale est *ἐθάῤῥησαν*, interjiciatur.

III) Thuc. III 66, 2 distinguentes post *παρά τὴν ξύμβασιν* ad *ἐπιθέμενοι* mente repetimus *ἀνταπέδοτε*. Per ironiam dicunt Thebani „paria nobis non rettulistis sed rettulistis ea re, quod praeter foedus nos aggressi estis," quae concinnitatis violatio ex more Thucydideo est.

IV) Thuc. IV 63, 2 *οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα* cum subsequentibus *φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι* etc. jungendum et *τινὰ* ad Siculos referendum est Si, inquit Hermocrates, meis verbis non auditis paruerimus aliis, non modo quom aliquam civitatem (ut nunc vos nostram civitatem) ulturi sumus, amici erimus Atheniensibus inimicissimis, inimici vero inter nosmet ipsos, inter quos nulla inimicitia intercedere debet, sed quavis occasione oblata (*εἰ τύχοιμεν*) vel omnino.

V) Thuc. IV 128, 5 Corruptela latet in *διαναστάς*, a cujus verbi litteris haud longe recedit, quod nobis in mentem occurrit refingentibus *δι' ἀνάγκας*. Concursu autem verborum *ἀναγκαίων* et *δι' ανάγκας* apte vis neces sitatis intenditur.

[illegible] ξεται et ἔξεται
[illegible] verbis inter se
[illegible] olo: qui impia
[illegible] adit templa)

[illegible] e viris doctis
[illegible] em instituerat,
[illegible] hae structurae
[illegible] γλῶσσαν οὔτε
[illegible] οίσει γλῶσσαν.

[illegible] traditam scrip-
[illegible] nia vera) Leni
[illegible] scripsisse poetam

[illegible] mihi injicitur
[illegible] scribendum sit
[illegible] atius patere, ut
[illegible]

